



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Parochorvm, Sive Institvtiones & Praxes Tum
Vitæ, tum Officii Pastoralis**

Musart, Charles

Monachii, 1654

VII. De non differendo nimiùm baptismo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

constet esse validum , si tamen cæremoniæ omissæ fuerint , suppleantur illæ ; omissâ materiâ , & formâ , si de iis constet fuisse ritè adhibita . Quanquam his in locis vix usus obtinet , ut adultis soli illi ritus adhibeantur , si priùs validè baptizati sint : fortè expediret usum induci , saltem templo occluso , nonnullis tamen præsentibus . Obiter hîc nota ex communi sententiâ , infantes , non modò Hæreticorum , sed etiam Iudæorum , reliquorūmq; infidelium ; certo existente periculo , posse baptizari , in uitio etiam parentibus : quia tûm censentur esse extra eorum potestatem , neq; peruerisionis subesse periculum .

N V M: VII.

Tempus, & locus Baptismi.

ALQUI differunt infantis baptis-
mum ad octauum à partu diem ,
aliqui diutiùs : causa ferè una , appa-
ratus baptismi , præsertim absentia

Patrinorum, cùm illustres viri exspe-
ctantur, qui suscipiant: Et sunt, qui
non culpent; modò interim diligen-
ter caueatur, ne periculum aliquod
vitæ, ac salutis incidat. Verùm vt vi-
gilet nutrix, & famula excubet ad cu-
nas; tamen graue malum est, animam
infantis, qui iuuare se non potest, diu-
tiùs detineri à parentibus labe origi-
nali infectam, & sub dæmonis pote-
state, cùm citius possis asserere in li-
bertatem: quare suaderem, ne tan-
procul accersant Patrinos, qui diu ex-
spectandi sint.

Quoad locum attinet, extra Eccle-
siam ne baptiza, aut nonnisi consulto
& approbante Episcopo, aut certè ni-
si necessitas cogat, vel priuilegium,
quale esset fortè pro virorum Princi-
pum filiis.

NVM: VIII.

De Cæremoniis, præsertim de Patrini-
CÆremonias baptismi exactè ob-
serua iuxta Rituale Diœcesanum,
quibus